

III. Circa indulgentiarum subjectum et conditiones que ad eas luerandas exiguntur pauca dicenda supersunt. Tam viros quam defunctos Christi fideles esse subjectum capax indulgentiarum abunde constat ex dictis. Dispar tamen est utrorumque ratio in ordine ad illas. Etenim respectu viventium, si nihil obstet vel ex parte dantis, vel ex parte recipientis, vel etiam ex parte causæ, certus est ac infallibilis indulgentiarum effectus: cum sint vere *juridicæ absolutio*nes, *relaxationes* et *donationes* ex potestate clavium provenientes, plane ut in absolutione sacramentali, quæ ex eadem clavium potestate conferuntur. Respectu autem defunctorum, quoniam ipsi in Ecclesiæ juribus non sunt, sed solius Dei dominio subsint, non ita certus est carundem indulgentiarum effectus. Nam indulgentiae que pro ipsis conceduntur, uti jam paulo ante annotavimus, solam habent rationem *suffragii*, *precationis*, *oblationis* vel *solutionis* quam propterea Deus absolute respire potest, cum non teneatur ex fidilitate eas acceptare. Imo prout observat s. Thomas (*Suppl. q. 71. ar. 10*) indulgentiae non possunt prodere defunctis nisi *secundario* et *indirecte*, eo quod prestare ipsi non possint id eujus causa indulgentia conceditur, uti prestare possunt viventes, qui propterea soli *primario* et *directe* eas luerari queant. Non desunt tamen qui contrarium sentiant (1).

Ut suus constet indulgentiis valor non ex tantum causam patet ex iis, que habet cone. Lateranense IV. dum ait: « Per indiscretas et superfluas indulgentias claves Ecclesiæ contemnuntur, et pœnitentialis satisfactio enervatur » (*Loc. cit.*). A s. Cypriano ejusmodi inconsulta indulgentia largitio dicitur: « Irrita et falsa pax, periculosa dantibus, et nihil accipientibus profutura » (2). Ast illud adjicere debemus accipientum non esse judicium ferre utrum causa intersit, cum conceditur indulgentia neque; sed eorum est grata lubentique animo beneficia, que a superioribus legitimis conferuntur, exosculari. Et de indulgentiis hactenus.

(1) Ut Theodorus a Sp. S. op. cit. par. I. cap. 14. ar. 6. Atque hic obiter adnoto ex doctrina quam juxta communem theologorum sententiam adstrinximus circa indulgentias pro defunctis concessas, penitus evanescere incrementum difficultatem, dum asserunt, spectato indulgentiarum numero pro defunctis, arithmeticæ ostendit nullam jam animam in purgatorio detineri. Risu hæc excipienda sunt, siquidem cum *tuxta doctrinam catholicam indulgentiae pro defunctis infallibilem effectum non habeant*, atque ex Dei beneplacito pendeat ipsarum acceptatio, mathesis nullam potest supputationem instituere, nec problema solvere.

expresse docet s. Thomas scribens: « Indulgentie tantum valent, quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis sit auctoritas; et ex parte recipientis, charitas; et ex parte causæ, pietas, que comprehendi honorem Dei et proximi utilitatem (*In suppl. q. 23. ar. 2*). »

Requiri auctoritatem ex parte dantis abunde constat ex modo dictis; ex parte suscipientis duæ conditiones concurrent necesse est ad indulgentias luerandas; prima est status gratie; quandiu enim aliquis debitor est pœnae æterna, a temporali pena peccatis debita absolvitur. Id ipsum dicatur de immunitate a culpa etiam leví quoad condonationem illius pœnae temporalis, quæ eidem respondet, ad hoc autem, nisi aliud prescribatur, sufficit contrito. Hinc est quod pontifices indulgentias non concedunt nisi *vere paenitentibus et contritis*. Altera est positio operum que a pontifice, vel episcopo assignantur, ut per se patet. Non desunt, qui doceant præter duas recensitas conditions requiri præterea in suscipiente *eximiam charitatem* ad indulgentias plenarias luerandas. Verum si ita esset, nihil superesset indulgentiae, cum ejusmodi charitas omnia delectat. Porro Ecclesia per indulgentias magnum aliquid dare intendit, quod non a charitate, sed a potestate clavium pendeat (1).

Exposei demum ad indulgentiae valorem aliquam causam patet ex iis, que habet cone. Lateranense IV. dum ait: « Per indiscretas et superfluas indulgentias claves Ecclesiæ contemnuntur, et pœnitentialis satisfactio enervatur » (*Loc. cit.*). A s. Cypriano ejusmodi inconsulta indulgentia largitio dicitur: « Irrita et falsa pax, periculosa dantibus, et nihil accipientibus profutura » (2). Ast illud adjicere debemus accipientum non esse judicium ferre utrum causa intersit, cum conceditur indulgentia neque; sed eorum est grata lubentique animo beneficia, que a superioribus legitimis conferuntur, exosculari. Et de indulgentiis hactenus.

(1) Cf. Andreucci *De requisitis et non requisitis ad luerandas indulgentias*. Rome 1759.

(2) Lib. de lapis p. 186, ed. Maur. Cf. tamen Muzzarelli, *Il buon uso della logica*. Opusculo X. *Istoria Ecclesiastica* § 12. *Natura ed uso delle indulgenze*. Opp. edit. Flor. 1822. tom. III.

## TRACTATUS DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

### Præfemini.

Quemadmodum Confirmatio Baptismi perfectio ac veluti consummatio, a patribus spectata est et nuncupata, sic extremæ unctionis sacramento non modo

pœnitentia, sed et totius christianæ vite quæ perpetua pœnitentia esse debet, ut loquitur Tridentinum, ab iisdem patribus consummatum existimatum est.

Variis autem nominibus tum a Græcis tum a Latinis pro ratione aut materiæ, aut formæ, aut subjecti insignitum sicut hoc sacramentum. Etenim vel *Oleum sanctum*, vel *Oratio olei*, seu *Oratio cum unctione conjuncta*, vel *Oleum infirmorum* passim est nuncupatum (1); donec ratione temporis quo conferri solet post sec. XII., ut Mabillonius observat (2), maxime obtinuit appellationem *Unctionis extremæ*. Definiri porro solet extrema unctio: « Sacramentum novæ legis a Christo Domino institutum, quo per unctionem olei benedicti et orationem, seu formam præscriptam, sacerdotum ministerio baptizatis graviter ægrotantibus gratia confertur qua peccata et eorum reliquæ absterguntur, vires augentur ad dæmonis insidias vitandas, atque ad morbi incommoda patienter ferenda, et si animæ saluti expediverit, valetudo corporis restituatur. »

Hæc autem definitio, quæ omnes complectitur hujus sacramenti partes, veritatem nempe ejusdem sacramenti, subjectum, materiam, formam et effectum, quatuor his concili Tridentini canonibus editis sess. XIV. continetur Can. I. « Si quis dixerit extremam unctionem non esse vere et proprio sacramentum a Christo Domino Nostro institutum et a B. Jacobo apostolo promulgatum, sed ritum tantum receptum a patribus, aut figmentum humanum, anath. sit; » Can. II. « Si quis dixerit sacram infirmorum unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos, sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, anath. sit; » Can. III. « Si quis dixerit extremæ unctionis ritum et usum quem observat sancta romana Ecclesia, repugnare sententia B. Jacobi apostoli, ideoque eum mandatum, posseque a christianis absque peccato contemni, anath. sit; » Can. IV. « Si quis dixerit, presbyteros Ecclesiæ, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordinatos; sed ætate seniores, ob idque proprium extremæ unctionis ministrum non esse solum sacerdotem, anath. sit. »

Cum vero sacramenti veritate semel constituta, cetera sponte fluant quæ ad ipsum spectant, hanc unam directe propugnare sic proposuimus; ut reliqua doctrinæ capita, quæ in ea includuntur, nonnullis scholiis illustremus.

### CAPUT I. DE VERITATE SACRAMENTI EXTREMÆ UNCTIONIS.

Quinam primi fuerint insectatores veritatis quam adstruimus hujus sacramenti difficile prorsus est definire. Viri enim eruditæ waldenses, wiclesfitæ et hussitas ab hac erminatione vindicarunt (3). Citra

(1) Græci vocare solent hoc sacramentum *oleum sacerdotum*, et frequentius *oleum cum oratione conjuncta*; Orientales passim appellant *kendil*, id est lampadan ob rationem quam postea afferemus.

(2) Præf. in sect. I. Benedict. n. 98. Interdum etiam vocatum fuit *sacramentum exterritum*.

(3) Bellarmius accusat waldenses, albigenenses et widefitas quod rejecerint sacramentum extremæ unctionis. At Bossuet ostendit illos hæreticos perinde ac hussitas nihil innovasse circaseptenarium sacramentorum numerum

PERRONE. II.

omne dubium est Lutherum et Calvinum cum suis asseclis sectarumque ceterarum fragmentis extremam unctionem e sacramentorum albo expunxisse. Lutherus enim etsi non plane rejiciat hunc ritum, inflatur tamen sacramentum esse proprie dictum, aditque *nusquam insignius esse deliratum a theologis quam in hoc sacramento administrando* (1). Calvinus vero tanquam sacramentum fictitum et histrioniacum hypoerism traducit extremam unctionem (2). Reliqui eos secuti sunt; ast perperam

PROPOSITIO. — *Extrema unctio est vere et proprio sacramentum a Christo D. N. institutum et a B. Jacobo apostolo promulgatum.*

De fide hanc esse propositionem ex paulo ante adducto Can. I. concilii Tridentini constat. Ad eam porro evincendam ex sacris litteris illud unum urgamus quod scribit apostolus Jacobus in Epistola sua cap. V. 14. 15. « Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei » (3). Quibus verbis tum ritus sensibilis, tum divina institutio, tum denique divina gratia promissio significantur, quæ, adversariis ipsis fatentibus, ad verum ac proprium sacramentum constitutum requirunt ac sufficiunt. Ac primo quidem ritus externus significatur in ipsa olei unctione quæ a Jacobo prescribitur cui annexa est sacerdotis oratio; divina vero institutio, et gratiae promissio, ex ipsa rei de qua agitur natura illi ritui inesse intelliguntur, cum Dei solius sit rei create atque sensibili vim gratiae conferenda tribuere: aliqui extremam unctionem gratiam conferre demonstrant ea verba « et si in peccatis sit, remittentur ei; » neque enim peccata remitti possunt absque divinae gratiae collatione. Ergo.

Sensus autem traditionalis perpetuus et constans adducti Jacobai testimonii rem plane conficit. Origenes enim Hom. II. in Levit. postquam egit de sacramento pœnitentiae, hæc de extrema unctione tanquam de re notissima et ab omnibus accepta subiicit: « In duo impletur et illud, quod Jacobus apostolus dicit: si quis autem infirmatur, vocet presbyteros Ecclesiæ, et imponat ei manus, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et si in peccatis fuerit remittentur ei » (4). Victor Antiochenus, qui circa Juliani imperatoris etatem

inter quæ receperant extremam unctionem. Cf. *hist. des variations* liv. xi. §§ 108. 109. et § 180.

(1) Nempe ex Jacobi epistola, ut ipse scribit lib. *de captivis babylonica* ubi agit de extrema unctione. Op. edit. Jenens. 1600. tom. II. Ostendit tamen Serarius S. J. in *Disputat. de extrema unct.* cap. 5. Lutherum, ut in ceteris, sic et in hoc articulo inconveniens se prebuisse.

(2) *Institut. lib. IV. cap. 19. § 18.*

(3) Λόγον τις διηγεῖται προστάσια τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ λαοῦ, ἀλιπάτει αὐτὸν Διόνυσος τοῦ δρόμου τοῦ εὐποίου. Καὶ οὐχ τοις ποτέ οὖσι τοῦ καρπού, καὶ τριπλός τοῦ καρπού, τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ λαοῦ, τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ λαοῦ, τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ λαοῦ.

(4) Homil. II. in Levit. n. 4. edil. Maur. Clarunt porro Origenes usque ad an. 250.

(Quatorze.)

425.  
vixisse creditur (1), in caput VI. Marci scribit: « In-  
teriorum que Apostolus Jacobus in sua canonica narrat,  
ab his non dissentunt; sicut enim: *Infirmatur quis  
in vobis?* » etc. (2). S. Jo. Chrysostomus lib. III. de  
sacerdotio aperte scribit: « Neque enim tantum eum  
nos regenerant (sacerdotes): sed etiam post regenerationem  
admissa peccata condonare possunt. Nam  
infirmatur, inquit (Apostolus), quis in vobis? advo-  
cat presbyteros Ecclesie, et orient super eo, ungen-  
tes » (3); loqui porro s. Doctorem de extrema  
unctione, non autem de penitentia plura sunt quae suau-  
deant. Paulus ante locutus erat de remissione pecca-  
torum per penitentiam, in quam rem profert senten-  
tias Matth., XVIII. et Jo. XX., deinde de altera  
loquitur, hanc igitur a prima distinguunt; 2. pronuntiat  
hanc, nonnisi agrotis dandam esse, idque confir-  
mat ex Jacobi testimonio, penitentiae autem sacra-  
mentum omnibus datur. Atque ut omittamus Possi-  
dium (4), Cyrillum Alexandr. (5) qui hac de causa  
nuntiatur fideles avertire a superstitionibus ethnicorum  
ad valetudinem recuperandam, Gregorium M., qui in  
suo sacramentario fuse prosequitur, quae ad hujus  
sacramentis administrationem pertinent (6), Be-  
dam (7), Bonifacium Moguntinum (8), Bernardum e-  
piscopum postremum (9), aliaque prope innumera fere  
monumenta, quae in medium proferrunt possent (10); res  
plane, conficitur testimonio Innocentii I., qui sec. V.

(1) Obit. an. 441. Cf. Prefat. Theodori Peltani S. J. in  
suam versionem Victoris Antiocheni et Tili Bosbreensis.  
Lugdustadii 1580.

(2) Edit. cit. pag. 91. Eo pluris facienda est auctoritas  
Victoris presbyteri Antiocheni, quod ipse profiteatur se in  
unum collegisse in hoc suo commentario in Evangelium  
s. Marci que ab anterioribus scriptoribus scripta reperi-  
ta. En eius verba p. 1. « Quandoquidem permulti in Matthaei  
et Joannis, pauci vero in Luke; nulli autem omnino, ut  
equidem auctor, in Marci Evangelium scripserunt. » vi-  
sum est mihi, que Ecclesiae doctores sparsim et per partes  
in praesente Evangelistam annotarunt, in unum quasi  
corpus redigere, succinctamque in hoc ipsum quoque  
Evangelium explanationem conscribere. »

(3) Os γέτε τοι οὐρανῶν πόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ περι τοῦ  
οὐρανοῦ λύσαις. Καὶ τὸν αὐτοπάτου ἀδελφὸν γέτε τοι, σπέρμα τοῦ  
αὐτοπάτου τοῦ πατρὸς τοῦ λαζαρίου, καὶ αποκαταστώσαι  
τὸν αὐτοπάτον τοῦ λαζαρίου. x. t. l. ed. Maur. opp. tom. I. pag. 584.

(4) In vita S. Augustini cap. 27. ubi d. s. Doctore scri-  
bit: « In visitationibus modum tenet ab Apostolo defini-  
tum, ut nomini pupilos et viudas in tribulationibus consti-  
tutas visitaret. Et si forte ab agrotatibus ob hoc peteretur,  
ut pro eis in praesenti Dominum rogaret, eisque manus  
imponeret, sive mora pergebat. » Quibus verbis alludit ad  
Marci VI. et Jacobi V.

Verba porro quae vulgo afferri solent ex serm. ccxv.  
s. Augustini de tempore, ex sermone spurio deprimita  
sunt, quaque s. Cesarii creditur. Mirum est Launois a  
ut in aliis criticis intemperant agit, hoc non vidisse.

(5) In op. de adorat. in spiritu et veritate, lib. vi. opp.  
ed. Paris. 1638. tom. I. pag. 211.

(6) In libro sacramentorum ex edit. Hugonis Menardi  
apud Maur. ed. Opp. s. Gregorii M. tom. iii. pag. 253.  
seq.

(7) In cap. 5. Epist. Jacob. Opp. ed. Basileae tom. v.  
ed. 1599.

(8) In capit. seu statu s. apud Dacherium in Veter.  
script. Spicilegio. Paris. 1669. tom. ix. cap. 29.

(9) In vita s. Malachia, cap. 24. ubi refert miraculum a  
Deo patrum ad preces et lacrymas s. Malachie, de mu-  
tihere defuncta ad vitam excitata; ut hoc sacramentum muni-  
tur.

(10) Cf. citata a Serario op. cit. et adducta a Launoio in  
lib. de sacramento unctionis infirmorum, cap. I. Opp. edit.  
Coloni. Allobrog. 1751. tom. I. p. 4. Ceterum nunquam  
absque defectu hic auctor legi debet.

ineunte ab Eugenio episcopo Decentio interrogatus  
an Jacobi verba de infirmis oleo inungendis a sacer-  
dotibus intelligi deberent, atque an haec unctione po-  
tentibus esset concedenda, respondet: « Non est  
dubium (verba Jacobi) de fidibus agrotantibus ac-  
cipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis  
perungi possunt, quo ab episcopo confecto non solum  
sacerdotibus, sed et omnibus iui christianis licet, in  
sua, auf suorum necessitate inungendo... poenitenti-  
bus istud infundi non potest, quia genus est sacra-  
menti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur,  
quomodo unum genus putatur posse concedi » (1)?  
Quibus verbis non solum innuit sanctissimum ponti-  
fex agi de re notissima inquisens: « Non est dubium;  
sed præterea ne dubitat quidem, immo pro certo atque  
explorato principio ponit unctionem illam annume-  
randam esse sacramentis, cum nulla alia de causa  
publicis poenitentiis cam denegandam esse affir-  
met.

Ex his igitur patet constantem ad nos usque circa  
hanc articulam utriusque Ecclesie orientalis atque oc-  
cidentalis fidem fuisse. Ad haec accedit utriusque par-  
ter Ecclesie perpetua praxis in hujus sacramenti ad-  
ministracione, quae et ex Rituibus utriusque Ecclesie  
libris, et ex certissimis monumentis orientalium  
omnium sectarum antiquarum a Renaudotio collectis  
luculentissime constat (2), ita ut mirum, esse possit  
post tam aperta ac illustria in vetustioribus seculis ac  
omnibus Ecclesie hujus sacramenti monumenta velle  
ad huc heterodoxos in clarissima luce prudentes scien-  
tesque cœcavere (3).

Nomnulli tamen ex recentioribus protestantibus  
visi sunt a caco illo faro quo perciti sunt eorum  
antesignani recedere, ac summis iam laudibus pium  
hunc ritum extollunt, immo nec abnuunt inter sacra-  
menta commumerare (4). Tanta scilicet vis est verita-  
tis, ut vel ab invitis assensum extorqueat.

(1) Epist. xxv. cap. 8. apud Constant. Epist. rom. pont.  
tom. I. quitanam nonnullas diversas lectiones afferit, e.g.,  
quod ab Episcopo confectum... necessitate inungendum.

(2) Perpet. de la foi, tom. v. liv. v. ch. 1. suiv. Cf. item  
Martenum de antiquis Eccl. ritib. lib. I. p. 2. c. 7. art. 4.  
seq.

(3) Inter hos eminet Sam. Deylingius, qui in Observa-  
tionibus sacris. Lips. 1759. p. 5. n. 8. affirmare non dubi-  
tavit sacramentum extremae unctionis monstrum et informe  
enatum esse in Ecclesia romana sub barbare superiorum  
seculorum, nullumque in tota antiquitate unctionis nostra  
deprehendi vestigium!

(4) Inter hos non invenimus locum sibi vindicat Leibnitius,  
sic porro scribit in system. Theol. pag. 280. seq. « De unctione  
infirmorum, non est cur multa disputationis: verba  
habet scriptura sacra, interpretationem Ecclesiae eni' più  
et catholici homines tuto fidunt: nec video quid in eo more  
quem recipit Ecclesia, reprehendi a qui quam possit. Vide-  
mus olim et donum caritatis sepe affuisse: cuius usus  
nunc cum aliis extraordinariis beneficiis, stabilita Ecclesia,  
inirequentur factus est, semper tamen ne tunc quidem  
sanatos fuisse credendum est, qui ungelantur. Su' erest  
igitur saltem hodieque efficacia illa sanitatis perpetua, et  
nunquam falsoe que ad animam ipsam bene dispositam  
pertinet, atque a Jacobo apostolo additur, quando hujus  
sacramenti usum describit, et in peccatorum remissione  
ac fidei virtusque munimento collocatur, quo nunquam  
magis opus est, quam in vita pericula atque terroribus  
mortis ad ignea tela Satanae, tum maxime ingravata, re-  
pellenda. »

Plures alios protestantes antiquiores, qui eamdem veri-  
tatem professi sunt, profert Serarius op. cit. toto cap. 5.  
absque defectu hic auctor legi debet.

DIFICULTATES. I. Obj. 1. Incertum in primis est  
num Jacobi epistola canonica sit; verum et hoc dato,  
frustra catholici ex verbis Jacobi inferre nesciunt  
unctionem de qua loquitur Apostolus vere sacramen-  
talem esse, 2. quia, ut observat Lutherus, non licet  
Apostolo sacramentum instituere, quod ad solum  
Christum pertinet; 3. quia ipsem card. Cajetanus  
in commentariis in hanc epistolam expresse negat  
illam Jacobi sententiam ad unctionem sacramentalem  
transfiri posse; 4. quia de eadem unctione loquitur  
Jacobus de qua Marcus cap. VI. 15. ubi scribit quod  
apostoli « Ungebant oleo multos agros et sanab-  
ant » (1). Que prolecto unctione non pertinebat nisi  
ad miraculorum donum. 5. Certe ipse Jacobus sue  
unctionis effectus enumerans primo nominat illos, qui  
ad corpus spectant, et alleviabit eum Dominus, deinde  
illos qui ad animam: et si in peccatis sit, remittentur  
ei. 6. Quem posteriore effectum hypotheticum tan-  
tum esse evincit particula si, quod argumento est  
unctionem hanc sacramentalem esse non posse; 7. si  
tamen de effectu spirituali hic sermo sit, non vero  
potius de morbis ipsis, qui spectabantur velut pecca-  
torum effectus, hinc morbo curato, etiam peccatum  
ipsum condonatum dicebatur (2). Ergo.

Resp. Ad 1. D. Incertum est Luthero ac paucis  
ejus asseculis num Jacobi epistola canonica sit, C. ca-  
tholicis imo et protestantibus ipsis recentioribus N.  
Quare Lutherus rejecerit tanquam *Stramineam* Jacobi  
epistolam nota res est, eo quod nempe viderit hujus  
epistola auctoritate totum suum de justificatione sine  
operibus principium plane everti. Ceterum *injustum  
falsumque*, ut Wetstenius vocat, Lutheri de hac epi-  
stola iudicium recentiores omnes protestantes explo-  
idunt (3), quin hac de re solliciti simus.

Ad 2. D. Ac propterea juxta Tridentinum Aposto-  
lus solum promulgavit quod Christus instituit, C. in-  
stituit ipse hoc sacramentum, saltem auctoritate  
propria N.

Ad 3. D. Immerito et contra veterum expositionem,  
C. merito ac juxta catholicae exegeseos regulas N.  
Haec cardinalis Cajetanus scripsit ante concilium

Sic etiam Esslinger in cit. *apologie de la religion catho-  
lique par des auteurs protestants* § 6. adducit testimonia  
principiorum auctorum protestantium recentiorum, inter  
quos eminent Ammon, Augusti, collaboratores Ephemeridi  
Evangelicae Berolinensis; nos unius Augusti verba  
proferre contenti erimus: sic porro Augusti recitato texto  
Bellarmi ex cap. 5. « Quia in exitu de hoc mundo ex-  
istunt speciales difficultates, institutus Dominus speciale  
præsidium; quia sepe accidit, ut qui in extremis agent,  
nec possint audire verborum exhortationis, nec eucharistiam  
percipere, minime morbo gravati, et usu sensuum privati:  
imungi autem et sacramenti hujus fructum percipere sem-  
per possunt; » his, inquit, prolatis, ita prosequit: « Nemo qui bona fidei sit contradicat veritati et bonitati  
horum verborum Bellarmi, quibus Goethe, Cratene-  
brandi, aliqui moderni auctores, sunt deitores prime-  
ideas illarum tabularum poetarum, ubi ipsi nobis ostendunt  
religionem, que suorum sacramentorum ope ducit  
hominem manu auxiliatrice a primo ortu suo usque ad  
interitum. »

(1) *Epist. Dicitur etiam de unctione infirmorum, et de unctione*

(2) Ha Rosemuller in cap. 5. Ep. Jac. v. 13.

(3) Cf. J. Georg. Rosemulleri præf. in hanc Epist. Cel-  
lerier: *Essai d'une introduction critique au Nouveau Testa-  
ment*. Genève, 1825. *Divis. trois. épîtres catholiques Sect.*  
*prem. Epître de s. Jacques.*

Tridentinum, quare aliqua venia dignus videri potest,  
si incerte, sicut alia non pauca que in ejus operum  
editione romana iussu s. Pii V. expuncta sunt, et  
hoe excidit illi. Hujus cardinalis commentaria in sa-  
cram Scripturam pertinent ad illos pedes pavonios  
quos ei quidam proculabunt (1). Porro nunquam  
dubitavit Cajetanus de sacramenti extreme unctionis  
veritate.

Ad 4. D. Loquitur Jacobus de eadem unctione ma-  
triali, de qua Marcus, C. de eadem formalis N. Una-  
quaque enim ministrum, subjectum, et effectus ha-  
buit plane diversos. Cum tamen unctione de qua si-  
mentio apud s. Marcum fuerit figura illius quam me-  
morat s. Jacobus, ideo a Tridentino dicitur hoc sa-  
cramentum apud Marcum fuisse a Christo Domino  
insinuatum (2).

Ad 5. D. Primo nominat Jacobus effectus qui spe-  
cant ad corpus utpote magis notos, et quia id quo-  
dammodo poscebat orationis series, C. ut insinuet  
corporis sanitatem primarium esse hujus sacramenti  
effectum N. Insolens porro non est in Scripturis  
postremo loco primarium effectum recenseri; sic  
Matth., XIX. 29. legitur: « Centuplum accipiet, et  
vitam æternam possidebit. » Ideo autem a Jacobo  
primo loco ponitur corporis sanitas, tunc quia effectus  
ejusmodi notior est, utpote qui sub sensu cadat,  
tum quia orationis series postulare videbatur, ut post  
commemoratam infirmitatem corporis continuo de-  
scriberetur ejusdem sanatio (3).

Ad 6. vel N. Quia, ut productis exemplis ostendit  
Estius (*In Comment. in hunc loc.*), in Scripturis par-  
ticula si saepe non tam rei incerte conditionem, quam  
rei certae confirmationem significat, ut apud ipsum  
Jacobum I. 5. « Si quis vestrum indiget sapientia,  
postulet a Deo » (4); vel D. Ex parte suscipiens,  
C. ex parte sacramenti N. Quamobrem etsi nullum  
in agro peccatum sit, attamen non caret sacramen-  
tum effectu suo; semper enim gratiam conferit, que  
si peccata non tollit, quia nulla sunt, agroti animum  
alleviat, atque erigit, efficaciter ut morbi incommoda  
et labores levius ferat, et quod præcipuum est, ut  
diabolis tentationibus facilius resistat.

Ad 7. N. Hic enim nonnullorum protestantium  
sensus est absurdus. Etenim si morbus peccati effec-  
tus est, et peccatorum nomine per synecdochen  
morbi significantur, cum dicat Jacobus: « Infirmatur  
quis in vobis... et si in peccatis sit, remittentur ei »,  
hic sensus ex interpretatione adversariorum exurge-  
ret: « Est aliquis vestrum in morbis?... Si in morbis  
sit, remittentur ei; » seu etiam: « Est aliquis in vobis  
sit, remittentur ei; » seu etiam: « Est aliquis in vobis  
sit, remittentur ei; »

(1) Cf. card. Pallavicini *Istoria del concilio di Trento*  
ubi lib. vi. cap. 17. § 2. « Quanto appartiene, inquit, al  
Gaetano, il parlar de' suoi Commenti sopra la Scrittura e  
un parlare, non delle penne, ma de' piedi di un bellissimo  
papae.

(2) Sess. XIV. *De extr. unct. cap. 1.*

(3) Cf. Bellarm. lib. de extr. unct. cap. 16. qui con-  
tentat verba salvabil, et alleviabit spectare præcipue ad  
animam.

(4) Et sic ipsa latitudine significat, aliter sapit (in variant. oec.)  
tot dicitur.

infirmus?... Si infirmus sit sanabitur. » Egregium sane exegeseos specimen (1).

*Inst.* Saltem unctione quæ in usi est in Ecclesia romana toto, ut aiunt, cœlo distat ab ea de qua loquitur s. Jacobus; etenim 1. s. Apostolus loquitur de omnibus infirmis indiscriminatum, in Ecclesia autem romana non inunguntur nisi extremo morbo laborantes. 2. Commemoratur in adductis verbis adjumentum sanitatis, non præsidium et adjumentum pacatus moriendi (2). 3. Juxta Apostolum a pluribus sacerdotibus fieri debet hæc unctione, nunc vero ab uno tantum fit. 4. unctione de qua Jacobus non erat nisi olei vulgaris ac communioris, nunc vero non adhibetur ad ejusmodi unctionem nisi oleum ab episcopo consecratum (3). 5. Neque unctione quæ nunc in Ecclesia adhibetur mōrōs depellit, sicut depellebat Jacobæ. 6. Denique unctione sacramentalis, prout docent catholici, effectum producit ex opere operato, unctione autem de qua Jacobus vim omnem suam acceptam refert orationi et fidei: « Et oratio fidei, inquit, salvabit infirmum, » in quem finem v. 16. commendat s. Apostolus orationis efficaciam dicens: « Et orate pro invicem ut salvemini: multum enim valet deprecatio justi assidua. » Ergo.

R. N. A. ad 1. prob. N. Apostolus siquidem iis vocibus utitur ut graviter decumbentem significet. Talis est vis vocis ἀσθενείας (asthenei), quæ de eo accipitur qui viribus et robore privatus est (4); et vocis ξέποντα (Kamonta) quæ valde et graviter laborante designat (5). Quod jam et adversarii fatentur. Sane de iis infirmis loquitur Jacobus qui per se accedere ad Ecclesiæ presbyteros nequeunt, ac propterea eos accersendos jubet, ut ad ægrotos ungendos se conferant.

Ad 2. D. Commemoratur etiam adjumentum sanitatis, C. solum N. Tria enim dicit Apostolus de unctione, quod salvet, alleviet et peccata remittat; haec

(1) Non inficiamus passim in scripturis morbos perinde ac calamites reliquias ut effectus peccatorum perhiberi; verum aliud est dicere morbos esse effectus peccati, aliud vero peccatorum nomine solos morbos significari. Cf. Estium I. c.

(2) Sic Georg. Rosenmüller in h. loc.

(3) Ita Calvinus *Inst.* lib. iv. cap. 19. § 21. qui ne parcat scommatibus: « Jacobus, scribit, dum simpliciter ungi infirmos jubet, non aliam unctionem habi significat, quam vulgaris olei... Iste (catholici) oleum non dignatur nisi ab episcopo consecratum: hoc est, multo halito calefactum, multo murmurum incitantum, et novies flexo genu salutatum: ter ave sanctum oleum: ter ave sanctum christum: ter ave sanctum balsamum. » At minus accurate hoc officium exponit, ut ridiculum exhibeat.

(4) Cf. Serarium op. cit. cap. 8. ubi inter cetera observat a s. Luca in Actis Apostolicis eos vocari αἰσθενεῖς ad quos deferabantur seminicias Pauli ut convalescereant, ita ipsos Lutheranos exponere hanc vocem de his, qui periculose decubunt. Nec abutit Scapula, qui in suo lexico ad vocem αἰσθενεῖς agens de compositis verbum αἰσθενεῖς vertit *infirmis viribus sum, langueo*, etc. Accedit sensum verborum magnæ ex parte, in quo potissimum ab uso pendere porro certum est s. Jo. Chrysostomum in I. ad Cor. cap. 11. (Hom. XXVII. n. 1.) quæ dicit Apostolus Διὰ τοῦτο, ut etiam Theophylactum in ep. Jacobi in h. l.

(5) Ex hac voce circa cuius significacionem nulla dubitatio subiicitur potest, magis determinatur sensus in quo priorem s. Apostolus usurpaverit. Cf. Serarium I. c. necnon Estium.

porro tria in unum refundi nequeunt, uti adversarii faciunt. Præterea, cum, ipsis fatentibus, corporis sanitas sit effectus secundarius ac subordinatus animæ saluti, plane consequitur quod quando unctione non confert sanitatem corporis eo quod animæ saluti non expediāt, adhibeatur in animæ subsidium ad pacatus moriendum (1).

Ad 3. D. Si Apostolus voluisse numerum ministrorum significare Tr. si qualitatem N. Perinde enim valet haec loquendi ratio inducat presbyteros Ecclesia, ac aliquem de Ecclesiæ presbyteris (Cf. Estium. in h. l.), uti cum dicimus: qui male se habet medicos accersat, velut Christus leprosis dixit: « Ite, ostendite vos sacerdotibus » (Luc., XVII, 14), cum tamen ex legis prescripto satis foret, si se vel uni tantum ostendissent (2). Itaque per enallagm ait Jacobus, vocet presbyteros Ecclesia, alioquin omnes simul vocandi essent. Quod si insistant adversarii in plurali numero, reponimus optimum quidem esse ut plures adsint sacerdotes in hujus sacramenti administratione (3), minime tamen ex sacramenti necessitate, alias in pagis ac villis in quibus saepissime nonnisi unus sacerdos seu parochus invenitur, plures tam salutari remedio carere deberent.

Ad 4. R. I. Unde sciunt adversarii oleum de quo loquitur Jacobus non fuisse benedictum? Certum est ab immemorabili usum olei benedicti ad infirmos ungendos obtinuisse, ut patet ex Innocentio I. atque ex antiquissima ipsa olei sancti appellatione, quæ in utraque Ecclesia orientali et occidentali recepta est.

R. II. Benedictionem longe probabilius non afficeremus materia essentiam, ut ex dicendis patefiet.

Ad 5. D. Hoc sacramentum non semper morbos depellit, C. nunquam N. Nam cum corporis sanitas sit effectus conditionatus ac secundarius, tunc solum effectum hunc producit, cum Deus animæ saluti ita expedire novit (4).

(1) Ipsenit Rosenmüller id fatetur, scribens in scholiis ad h. l. « Notum est in N. T. ut in vita communii saepè universe enuntiari, quæ cum restrictione intelligendum est. Juxabunt preces ægrotatæ, si ei expedit ad salutem aeternam, omnes ægrotantes presbyterorum ope et precibus valitudinem recuperasse, ex his verbis non sequitur. » Cf. Serarium op. cit. cap. 10, § 104. seqq.

(2) Levit. XIV. 2. Negari tamen nequæ olim receptum esse etiam in Ecclesia latina, ut sacramentum hoc a pluribus sacerdotibus administraretur, quamvis, ut postea ostendemus, non desit exempla de administrata extrema unctione ab unico sacerdote.

(3) Dixi adsint sive intersint, non autem ut administrarent, siquidem, ut observat Bened. XIV. nunc in Ecclesia latina vetitum est ab alio quam ab uno sacerdote, nempe parocho, sacramentum istud administrari ob justissimas causas quæ adiudicat. Hortat tamen Ecclesia, ut quod ejus fieri potest, alii intersint sacerdotes aut clerici, aut etiam priuati, ut orationibus infirmum Deo comandent dum ei administratur sacra unctione.

(4) Recte observat Estium I. c. sub hac sanatione corporali, quælibet etiam modicam morbi relevocationem comprehendit, velut motum aliquem ad sanitatem. Unde, licet rarius contingat hominem periculose ægrotantem, sacra hac unctione adhibita, integræ restituì sanitati; septemper tamen evenit, ut morbi levamen aliquod sentiat. Id quod varijs de causis ad salutem anime potest conducere. Schleusnerus ab hac interpretatione alienus non est, dum se non reprobatur ait, si quis ἡγετητικός hoc loco notio nem erigendū animū subiecte maliet. Cf. *Novum testamentum græcum perpetua annotatione illustratum* editionis Kopianæ vol. ix. Gottinga 1799. Epst. Cathol. illustrata a Jul. Dav. Pott fasc. 1.

Ad 6. D. Vim unctionis acceptam fert Jacobus oratione et fidei tanquam formæ ipsius sacramenti, C. tanquam nudæ orationi N. Jam vero semper hoc sensu verba Apostoli intellexit Ecclesia quæ ab ætate apostolica ea in proxim deduxit. Porro vim sacramenti formæ tribuere, perinde est ad asserere ritum illum cui annexa est, per se et ex opere operato effectum producere. Ideo vero dicitur *oratio fidei*, quia fidem excitat in suscipiente, eamque tanquam necessariam dispositionem exigit, aut etiam quia fidei Ecclesia innititur, atque ut nonnullis placet, quia, ab initio saltem, hujus sacramenti administratione annexum erat donum curationum, quod a fidei potissimum pendet (1).

Ad confirmationem vero petitam ex orationis commendatione quam ibid. B. Jacobus adjicit, respondeo Apostolum ex peccatorum ac orationis mentione quam injecerat nactum esse occasionem ad dissenserendum de confessione et oratione ad quas hortatur fideles ut Deum sibi propitium efficiant. Nihil porro haec commune habent cum sacramento de quo disseruerat in commute antecedenter (2).

II. Obj. 1. Istius sacramenti mentio nulla occurrit apud scriptores primi ac secundi Ecclesiæ seculi: illud non commemorant patres sec. IV. etiam cum ex instituto de sacramentis agunt. Auctores ipsi qui a V. ad IX. seculum usque floruerunt, perceptam quidem ab infirmis morituri eucharistiam referunt, nusquam vero de percepta ab iis extrema unctione loquentur. 2. Accedit Origenem in adducto testimonio non agere de extrema unctione, sed de pœnitentia; 3. Ireneum præterea valentinianis (3): Epiphanius vero (4) et Augustinus (5) unctionem infirmorum adscribere heracleonitis, Theodoretum autem

(1) Cf. Estium I. c. Bellarm. et Nic. Serarium loc. cit.

(2) Ipse Carpzovius aliisque apud Pott. loc. cit. contendit hic B. Jacobum novam cohortationem incipere. Verum quidquid de hoc sit, juviter hic annotare protestantium agendum rationem. Interdum enim omnem unctionis effectum solo oleo tribuant cuius singularē vim in orientalibus regionibus excolunt, ita ut si ipsis credas, nullo ferme alio remedio oīm medici uterentur ad morbos sanandos; hinc referunt, quod, Josepho teste de *Bello Iudaico*, medici jusserint Herodem in supremo morbo olei balneum ingredi, quod veteres amplius olearium secum in itinere detulerint, ut constat ex Luc. X. 54; quod apostoli usi fuerint oleo tanquam medicamentum ad morbos sanandos, quasi scilicet Christus Dominus velut alter Hippocrates discipulos ad artem medicam exercendam miserit: hinc aliae ejusmodi passim nugantur Westenius ad Lue. X. 54. Lightfootus *Horæ Hebr.* et *Thalmudicæ* ad Matth. VI. 17. et Marc VI. 14. Kuinoel *comment. in Iib. hist.* N. T. ad Marc. VI. Rosemüller in schol. ad Jacob. V. Imo Pott et illud adiut apostolum Jacobum in textu de quo agimus jussisse ut fideles advocarent presbyteros ut pote omnino prudentissimos, sic forte etiam artis medicae peritissimos. Contra vero hic toti in eo sunt, ut omnia ipsamque adeo sanitatem solis precibus adscribant, contenduntque oleum non aliud fuisse nisi symbolum sacramentis quam Deus exoratus tribuit. Et hi sunt quos nonnulli in exponentibus Scripturæ adeo suspicunt! Experimento comperti, quod si partem philologicam excipiatis, in qua tam sepissime decipiuntur, nihil inveniri in ejusmodi ceteris interpretibus quod comparari possit cum expositionibus in tholiticorum interpretum.

(3) Lib. I. *Haer. fabul. n. 11.*

(4) Ita Dallaus in op. *De duabus Latinorum in unctione sacramentis confirmatione et extrema, ut vocant, unctione*. Genevæ 1639. *De extrema unctione* ibid. n. cap. 1. seqq. Ex hoc solo titulo aut mala fides, aut stultitia appetit hujus scriptoris, perinde ac si sola Ecclesia latina duo haec habeat sacramenta, non autem Ecclesia græca, russica, omnesque exæque antiquissimæ Orientalium sectarum.

(5) Sic enim legitur: « Interim cum coepisset idem episcopus a nobis percontari, utrum benedictionis oleo, sicut a B. Jacobo sanctum est, deberet perungi, interrogavimus eum, utrumne vellet, quem procul dubio scieramus; peccatorum oneribus non detinere. » opp. s. Paschasi ex edit. Sirmundi, col. 1681. stulta porro et inanis fuisse hæc interrogatio, si tunc temporis obtinuissest mos Ecclesia, ut qui credebantur peccatorum oneribus non detinere, infirmorum unctionem acciperent. Cf. Launoi. op. cit. cap. 2. observ. 2. Pergit autem Radbertus post recitata verba: « Quod ille audiens crecits oculis in cœlum communis obserbat ut fieret. »

inter archonticorum errores recensere (1). 4. Decennium de hoc dogmate dubitasse, atque ad dubitacionem suam depellendam Innocentium pontificem consuluisse. 5. Cum Urbanus III. in cap. *Vir de secundis ruptis* respondisset viri et mulieris iterum nubentium benedictionem iterari non debere, istius responsionis rationem hanc attulit glossa: « Sacramenta enim iterari non debent..... tamen pœnitentia bene iteratur... fallit autem secundum quosdam regulam in extrema unctione: quid enim impediret hanc iterari, cum non sit sacramentum, sed oratio super hominem » (2)? Ergo.

Ad 1. R. D. Istius sacramenti priorum seculorum scriptores non meminerunt ob peculiares causas illius ætatis proprias, Tr. quasi illud ignoraverint N. Non desunt itaque gravissimæ causæ silentii a nonnullis patribus et scriptoribus servati; ac 1. Arcani disciplina tunc temporis vigens; 2. quia forte etiam rem usitatam nec proinde ignotam, quam lectors facile supplere poterant, satius duxerunt silentio præterire, quemadmodum percepta etiam a sanctis viris eucharistie sèpenumero apud antiquos nulla fit mentio; 3. quia cum velut consummatum pœnitentia spectaretur hoc sacramentum a veteribus, ideo ejus implicite meminerunt cum de peracta ab infirmis exomologesi scripserunt; 4. ob multiplices causas ob quas antiquitus infrequentior erat hujus sacramenti usus, quia nempe juxta Innocentium I. sanctum oleum omnibus stadia pœnitentia percurrentibus denegabatur; quia multi in fine tantum vita baptismi gratiam petebant; quia per ea tempora innumerabiles sine ulla unctione ad martyrium convolabant; tandem quia nec iis administrare hoc sacramentum Ecclesia solebat, qui innocentem vitam duxissent, ut ex Adelbardi abbatis Corbeiensis vita colligitur, quam Paschasius Radbertus edidit (3),

R. II. Neg. nullum extrema unctionis meminisse ex scriptoribus IV. priorum seculorum, vel de collata extrema unctione sanctorum biographos prorsus siluisse usque ad sec. IX. Etenim ex Græcis recentissimus III. seculi Origenem, IV. et V. sec. Victorem Antiochenum, Chrysostomum, Cyrillum; ex Latinis Innocentium, Possidum, qui omnes de hoc sacramento tanquam de re vulgarissima et ab apostolis ac patribus recepta locuti sunt. Præterea vel a pri-

ijs ipsis Ecclesiae gallicanæ incunabulis a s. Nepotiano cuidam Artemio administratam extremam unctionem refert Gregorius turonensis (1), susceptam a s. Eugendo abbatæ, qui circa an. 510. vita functus est, testem habemus coæqualem ejus biographum (2), ut grecam de s. regina Clotilde, quæ, ut legitur in ejus actis, prius inuncta est a sacerdotibus oleo sancto, & deinde eucharistia refecta; alisque non paucis, qui omnes ante sec. IX. floruerunt (3).

*Ad 2. N.* Etenim agit Origenes loc. cit. tum de pœnitentia, tum de extrema unctione; duplex porro assignat inter utrumque sacramentum disserim: primum quod extrema unctione per oleum, et quidem solis infirmis administratur, non item vero pœnitentia; alterum, quod per pœnitentiam et confessionem graviora peccata, per unctionem vero leviora remittantur.

*Ad 3. D.* Adscribunt adducti patres hæreticis unctionem superstitionis ignotis barbarisque vocibus collatam ad nescio quam redemptiōnem obtinendam, C. prout in Ecclesia catholica administrari consuevit N. Scilicet quemadmodum baptismū, eucharistiam alia sacramenta hæretici illi fide temerarunt, ita et sacramentum extrema unctionis simularunt. Hæresis enim que veritatem retinere detrectat eam saltem velut simul imitatur. Ex superstitione porro illorum hæreticorum agendi ratione circa morientes ineluctabile praxis ac fidei Ecclesiae catholice documentum erimus; neque enim illum ritum retinuiscent ac temerassent hæretici illi nisi in Ecclesia a qua discesserunt, obtinuisse (4).

*Ad 4. D.* Dubitat Decentius de hujus sacramenti ministro ac subjecto, C. de sacramenti veritate N. Id constat ex Innocentii verbis, seu responsione ad Decentium data.

*Ad 5. D.* Juxta glossam extrema unctione ex iis sacramentis non est, quæ imprimunt characterem, adeoque reiterari non possunt, C. non est sacramentum simpliciter N. aliquoq; eam non contulisset cum pœnitentia, quæ licet iterari possit, est tamen sacramentum.

*Inst.* Quis prudens extremam unctionem inter sacramenta recenseat de cujus institutione, materia,

(1) *Histor. Eccles. Francorum*, lib. I. cap. 41. scribit enim. «Apud Arvernos sanctus Nepotianus quartus habebatur episcopus... A sancto autem Nepotiano visitatus [Arte]nius infirmus atque oleo sancto percutitus, tributente Domino redditur sanitati.»

(2) Cf. Mabillon *Acta ss. ordin. s. Benedicti*, p. 576.

(3) Cf. Chardon *Hist. de l'extreme-unction*, p. 400. seq.

(4) Salis est oculos conjicere in citatos auctores, ut quisque intelligat ritum superstitionis illos hæreticos usurpare. Sufficiat nobis afferre quæ de valentinianis scribit s. Ireneus I. c. ex versione Billii: «Sunt alii, inquit, qui jamjamque ex hac vita excessuros redimant, oleum aquæ immixtum in eorum capita injicentes, una cum iis invocationibus, quas superius commemoravimus. Quod quidem eo faciunt, ut a superioribus principiatis, et potestibus apprehendi et teneri nequeant, atque ut internus eorum homo invisibil modo ulterius asecedat: perinde nimis ac corpora eorum inter res conditas relinquantur.» Invocationes vero quas a se commemoratas scribit s. Ireneus haec sunt: *Eusema, Channassi, Baenaeora, mystadia, ruada, Cusia, Babephor, Calathi*. Quid porro is commune est cum extrema unctionis ritu? Cf. Fevardentum in cap. 18. hujus libri.

forma, ministro, subjecto et effectibus romani ipsi præcipui theologi acerrime inter se digladiantur?

R. D. Ita ut hæ disputationes ipsam substantiam non attingant, C. ita ut attingant substantiam ipsam N. Omnes enim theologi unanimi consensu extremam unctionem uti vere ac proprie sacramentum habent. Hac præcipua veritate constituta, in cetera deinde subtilius inquirunt, ut sit circa veritates reliquas ab ipsis protestantibus; ejusmodi autem quæstiones cum dogma non attingant, ejus veritati obesse nequeant.

Quid porro de his singillatim verisimilius censendum sit ex scholiis quæ jam subjicimus patebit.

#### CAPUT II. IN SINGULAS SACRAMENTI EXTREMA UNCTIONIS PARTES SCHOLIA.

I. Circa istius sacramenti institutionem apud veteres nulla quæstio: cum satis illis fuerit olei sancti unctionem ab Apostolo repetere, donec insequentibus seculis scholastici inquirere coeperunt, utrum Christus, an vero Apostolus, accepta a Christo ad id speciali auctoritate, vel interius Spiritu Sancto docente, hoc sacramentum instituerit (1); seu utrum Christus immediate aut mediate instituerit extremam unctionem. In varias autem abierunt sententias. Post Tridentinum vix dubitari posse videtur Christum immediate hoc instituisse sacramentum, quod B. Jacobus postea promulgavit (2).

II. In comperto est materiam quam remotam vocant, juxta s. Jacobi verba oleum esse ex olivis expressum; hoc enim solum olei nomine absque ullo addito significatur. Sane olei olivarum meminerunt græcorum euchologij (3), rituales latinorum libri (4) et veteres patres. Quod si *chrismatis* vox interdum apud veteres occurrit cum sermo est de hoc sacramento, hæc non est referenda nisi ad unctionem, quæ a Græcis *chrisma* dicitur (5). Ast non minima viget controversia circa benedictionem huic oleo namexam. De hac Tridentini patres docuerunt: «Ex

(1) Ita inter ceteros sensisse videtur s. Bonaventura, Bruliferus, Peresius aliquæ non pauci scholastici.

(2) Amolo Lugdunensis episcopus qui ante nongentos et amplius annos floruit in ep. ad Theoboldum episc. Linconensem utrumque conjunxit scribens: «Si autem et languores aliqui, ac debilitates accidunt, *juxta Evangelium et apostolicum præceptum*, præsto habet unusquisque ut inducat presbyteros etc.

(3) Cf. Goarium in *Euchologio* p. 453. et p. 456. not. 23. Arcuidum *de concordia*, etc. lib. V. cap. 1. ubi scribit:

«Materia est purum oleum, quod non sit permixtum cum aliis aromatibus instar unguenti confirmationis.» Sic reliqui scriptores Græci.

(4) Cf. Martenium *De antiquis Ecclesie ritib.* lib. I. p.

2. cap. 7. art. 4.

(5) Non videtur tamen improbabilis Suarezii conjectura, dum scribit tom. IV. in 5. p. s. Th. disp. 40. sect. 1. n. 10. Imo aliquando videtur Ecclesia uia hac materia (mixtione olei et balsami) etiam ad ungendum infirmos.

Hac ratione explicantur quæ opponit Basnagus ex s. Jo. Damase, in orat. *De iis qui in fide dormierunt* n. 18. «Velut enim, qui *unguento* (gr. πέπτῳ) aliove sancto oleo ægrotum cupit ungere, et ex Ord. Rom. tom. X. Bib. PP. p. 70. ubi extreme unctionis materia unguentum compositionis, atque permutationis vocatur (quem tamen textum in nullo Ordine Romano ex iis quos consulit, reperi potu). Quin tamen necesse sit asserere cum Basnagio mutatam fuisse hujus unctionis materiam, cum fieri potuerit ut parva quantitas alterius liquoris oleo permiseretur; quam commixtionem vera materia uniuersitate officere recte observat ibid. Suarez

apostolica traditione per manus accepta .. intellexit Ecclesia materiam esse oleum ab episcopo benedictum » (1). Certe hujus benedictionis, ut vidimus, jam meminit s. Innocentius I. Sed utrum hæ episcoli benedictio necessaria sit necessitate præcepti divini seu sacramenti an solum ecclæsiasticæ, ut graves theologi sentiunt, qui propterea negant hanc benedictionem ad essentiam sacramenti pertinere, nihil certi statu posse videtur (2). In prætamen tutoirem partem tenendam esse in administratione hujus sacramenti nemo est qui ambigat. Illud autem certum est, prout observat Benedictus XIV. oleum infirmorum ex expressa vel tacita summi pontificis concessione a simplici presbytero confici posse. Certum præterea est orientales presbyteros passim oleum infirmorum benedicere ab omni retro aetate, quin tamen hac de causa objurgati unquam fuerint (3).

III. Quod attinet ad partes corporis ungendas, seu ad materiam proximam, illud solum dici potest, unumquemque debere ritum sequi, qui viget in Ecclesia in qua sacramentum istud administratur. Miris quidem semper viguit hac in parte varietas. Alicubi enim plures, alicubi pauciores partes inungebantur et adhuc inunguntur (4). Aliquando nouissima pars inuncta fuit, ut patet ex vita s. Eugendi cuius tantum fuit inunctum pectus (5). Imo vel in ipsa Ecclesia romana, si instet mortis periculum, sub generali formula frons solum inungitur.

IV. Eadem ferme varietas viguit circa formam, que ad longum tempus in Ecclesia latina indicativa fuit; sic enim Ambrosiana se habebat aetate s. Bonaventure: «Ungo te oleo sanctificato in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ut more militis micti, preparatus ad certamen æreas possis superare potestes» (6). In sacramentario Gregoriano hæc similiter forma occurrit: «Ungo te de oleo sancto, etc. (7) : huic plures paucioresve adjiciebantur

(1) *Sess. XIV. de extrema unct. cap. 1.*

(2) Cf. *Benedictus XIV. de Synod. Dioces.* lib. VIII. cap. 7. § 4.

(3) Ibidem — Altamen Suarez I. c. n. 8. contendit benedictionem episcoli ita ex Christi institutione necessariam esse, ut neque a rom. pontifice possit ea committi simplici presbytero. Videtur quod eximius hic doctor nunquam legitur Euchologia Græcorum ex quibus constat quod ab immemorabilis, rom. pontificibus annuentibus sacerdotes oleum ad inungendos infirmos benedicunt. Hunc morem, ut observat Benedictus XIV. Armeni etiam retinent, ut et reliqua orientales communiones, quem probavit Innocentius VIII. ac iterum Benedictus ipse XIV.

(4) Cf. Martenium loc. cit. § 8. Launoium op. cit. *Explicatio Ecclesie traditio circa partes corporis*, etc. cap. 1.

(5) In ejus vita apud Mabillon. I. c. legitur: «Cum ultra sexageniarum aetatem fere sex mensibus prædictus Pater inæqualitate corpora laborebat..., vocato uno ad se de fratribus, cui cum liberate peculiariter etiam perungendi infirmos opus injunxerat, secrellissime quoque sibi pectusculum petit, ut *moris est*, perungi.» In libro vero sacramentorum s. Gregorii M. post recitatas tres ad ungendum infirmum orationes dicuntur: «Postea faciat ei signum crucis in capite de oleo benedicto.»

(6) Cf. s. Bonavent. in 4. dist. 23. q. 4. Cf. etiam Martenium loc. cit. ubi plures eosque antiquissimos Ordines profert qui non aliam formam exhibent quam indicativam. *Ungo te oleo sanctificato*, aut *ungo oculos*, *ungo pedes*, etc.

(7) Opp. s. Greg. M. edit. Maurin. tom. III. pag. 256. etc. Observ. 2. et 5.

preces, lectio epistolarum s. Pauli et s. Jacobi, psalmi qui a pœnitentia vocantur, etc. (1). Ex his porro formis quas per plora secula in Ecclesia vigeamus novimus, pronum est inferre formam deprecative ad essentiam non pertinere, ut nonnulli scholastici autem arant (2); imo colligimus nec necesse esse ut omnes effectus per formam significentur; quemadmodum enim antiquitus nulla remissio peccatorum mentio expresse fiebat, sic neque in forma quæ nunc temporis in usu est ulla sit expressa mentio roboris ac fortitudinis quæ per hoc sacramentum confortur ad superandas diaboli tentationes ac insidias. Consistit hæc enim in illis verbis: «Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulget tibi Dominus quidquid per visum, etc. deliquisti.»

V. Ambigendum autem non est solum sacerdotem idoneum esse hujus sacramenti ministrum, ut liquet ex verbis Jacobi ab universa traditione expositis (3).

Audiendi propterea non sunt hæreticus Basnagus (4) et Launoius (5), dum contendunt interdum a diaconi imo vel ab ipsis laicis in necessitatibus easu hoc sacramentum fuisse administratum. Profecto ratiōnē momenta, que ad hoc persuadendum proferunt, levia pressus sunt ac futile. Etenim id non evincent in primis verba Innocentii I. «Sancto oleo chrismati ab episcopo consecro, non solum sacerdotibus, sed et omnibus christianis ut licet in sua, aut suorum necessitate inungendo;» illud enim inungendo non de *activa* unctione, sed de *passiva*, hoc est, non de collatione, sed de receptione hujus sacramenti accipiendo est, ut patet 1. ex toto contextu, et ex argumentatione s. pontificis; 2. ex absurdo quod aliquid sequeretur, nisi eo sensu quem indicavimus verba Innocentii acciperentur, posse nempe quempiam sive presbyterum sive laicum semetipsum ubi etiam Cf. not. 912. Hugois Menardi, qui plures etiam alias formas colligit verbis indicativis expressas, casque mordicus vindicat.

(1) Cf. Citt. AA.

(2) Inter hos non infimum locum obtinet Simonnet, qui eadem ratione, qua, ut vidimus, contra omnium antiquitorum documentorum fidem constituit nullam esse absolusionem formæ deprecative prolatam, sie in tract. 16. de extr. unct. Disp. 1. art. 5. resp. 3. adstruit, repugnatibus quibus documentis, nullam esse formam extreme unctionis verbis indicativis conceptam. Veteres scholastici venia digni erant, cum nondum reperta fuerint documenta, que postea detecta sunt. Namis propterea acerbe perstringunt a Menardo ac Martenio, qui inter cetera scribit I. c. art. 5. § 9. «Hæc (verba) in quibusdam ritualibus modo absoluto, in aliis deprecativo, in nonnullis partim absolute, partim deprecativo emuntantur. Quia de re frustra disputant scholastici, cum parvi referat quovis modo proferantur, dummodo in nomine domini, quod solum requirit Apostolus, proferantur. Nec omnibus argumentationum starum cavillationibus formas absolutas conveytere poterunt, quas omnes approbat antiquitas, nec resuerunt insigniores theologi.»

(3) Veteres protestantes *presbyterorum* nomine *attate* seniores exposuerunt; Carpzovius intelligit viros peritos, cordatos, etc. alii, ut paulo ante vidimus, exponunt etiam de viris medicina peritissimis, nunc vero nobis dant ea voce hic significari Ecclesiæ ministros. Hinc Rosenmüller cum Nosselt. fasc. II. p. 253. observant Presbyterorum *Ecclesie* nomen in N. T. libris *semper* de viris in Ecclesia primariis, hisque vel magistris vel praesidiis usurpat.

(4) In *Annalibus politico-Ecclesiis*. ad an. 58. n. 10.

(5) Op. cit. *Explicatio Ecclesie traditio circa ministra*, etc. Observ. 2. et 5.